

Suidas.

si sublimes humilitantur, infimi ascendant.

Luc. 3.

480. Pannaon.

Psal. 9. Psal. 17.

Desideria Christi pro nobis patienti constantissima.

481.

Desiderium patienti in Deo ardentissimum.

Luc. 12.

Luc. 22. Tertull.

482.

Psal. 30. Psal. 118.

lis: per hoc enim quod humana natura clarior facta, quasi per aurum crevit argentum, & quia Divinitas a fulgure suo, nostris aspectibus, est temperata, quasi aurum nobis palliat per argentum. Chalco ibanum, ut voluit Suidas & alii genus electri est. & habet in se aliquid auri, & aeris. Cum aurum sit omnium metallorum excellentissimum, divinitatis fert symbolum juxta illud sponsae: Caput ejus aurum optimum: humanitas autem aurichalco, auro inferiori comparatur; ramentum aliqua ex parte auro simile habetur, ex fornace ignea ad ejus colorem producit; humanitas in se formaliter aliquid divinitatis non habuit, tamen ratione unionis hypostaticae cum Divino Verbo, quodam eximio fulgore, ut ignitum auricha cum nitet, & resplendet. Cum enim summus splendor Divinitatis se se exinanivit, ac descendit ad miseriam ac ad pallorem naturae humanae; tunc nostra humana natura ad eximium splendorem ac nitorem fulgurantibus radiis elevata est. Si supra premaxima descendunt ad infima, infima elevantur ad alta dicebat Joannes Luc. 3. num. 5. Omnis vallis implebitur, & omnis mons, & collis humiliabitur. Si montes, & colles, hoc est, alti & sublimes humiliantur, ac descendunt, valles, & infima implentur, ac exaltantur.

Sexto Pannaon, Quia Christi desideria sancta erant, & fortissima, ut non cederent moris, recte ari comparantur. Valde frequenter in Sacra Pagina per pedes desideria, & affectus significantur; Pl. 9. n. 16. & 17. n. 34. & 25. n. 12. Prov. 3. n. 23. & saepe multis in locis. Chalcolibanum est quoddam aeris genus; quomodo pedes Christi, seu ejus desideria; ac affectus ei assimilantur; nam teneritudo ac compassio in eo maxima relucebat, ita ut ejus viscera, dicantur misericordiae viscera: aere autem quid durius ac inflexibilis; Merito tamen huic chalcolibano, ari nempe fortissimo Christi affectus comparantur; quia desideria in Christo pro nobis moriendi, ac tam acerba tormenta sustinendi, validissima, & constantissima fuerunt, ut nunquam flecti potuerint; fortissima, ut non cederent moris.

Septimo. Pedes ejus similes aurichalco, significant Christi affectus, & desideria patienti pro hominibus, ut ex Pannaonio, antecedenti numero. Nonne hic apparet Christus capite candido, & capillis candidis, qui denotant ejus Divinitatem, ac coaeternitatem cum Patre? quomodo ejus pedes, seu affectus, sunt in camino ardenti? Quia ab ipsa aeternitate vehementer, ac ardentissimum erat dei desiderium moriendi, ac vitam dandi pro hominum salute; & praevehementia desiderii, dici poterat, eum veluti esse in camino ardenti: pro hoc ingenti affectu dandi vitam pro nostra salute dicebat Christus Luc. 12. n. 50. Baptismo habeo baptizari, & quomodo coartor, usque dum perficiatur. Et iterum Luc. 22. n. 15. Desiderio desideravi, hoc pascha manducare vobiscum. Quod explicat Tertullianus adversus Marc. Figuram sanguinis sui salutaris implere concupiscebat. Hoc erat illi maxime in optatis; si Passiois Calicem exhauriret; si dolorum vesceretur panem; ac si nullo alio satiari posset.

Octavo. Pedes ejus in camino ardenti. Quomodo haec coherent cum his, quae in persona Christi ait Regina Vates Psal. 30. n. 9. Statuisti, in loco spatioso pedes meos. Et iterum Psal. 118.

n. 45. Ambulabam in latitudine, tanquam in loco perdelictabili jucundo, ac ameno; Quomodo ergo nunc in camino ardenti? Quod Christus esset in camino ardenti suae passionis, mortis ac crucis, ut ex Patribus, jam dixi, erat ei locus suavis, ac delectabilis. Ait Isai. 6. n. 1. Vidi Dominum sedentem super solium excelsum, & elevatum. Si vero quae ras quisquam esset hic thronus tam sublimis, & elevatus: Respondent D. Hieron. Glossa, esse thronum, ac excelsior thronus, in quo tanquam maxime spatioso, ac glorioso solio resideret; & ad hoc refertur quod ait Joan. 12. n. 42. Haec dixit Isaias, quando vidit gloriam ejus.

Nono Pannaonius: Quia pedes, ait, extrema pars hominis sunt, recte finem hujus vitae mortalis Christi designant, quando se pro nobis Deo Patri in odorem obtulit suavitatis in cruce: tunc jam suae combustionis odorem emisit; hic odor pervenit ad dilectos omnes, quem modo olfacimus omnes, cujus suavitatem vivimus. Multi contendunt, chalcolibani non esse metallum, sed thus fortissimum seu masculu ut reddidit Ant. Nebriss. tamen si his pedibus humana Christi natura significatur, quomodo dicitur thus in fornace ardenti? Per pedes ut saepe dixi, denotatur ultima vitae Christi periodus; dicitur ergo tanquam thus in camino ardenti; nam si thus supponatur in mediocri igne, aliqualem dat odorem; at vero si projiciatur in magno igne, seu in camino, magnum, & amplum emittit odorem; & si Christus in hoc fuerit in tota vita suavitissimus odor aeterno Patri; tamen in ultimo vitae curriculo exivit ititit fragrantissimus, & magnu, & amplum, super omnia opera dedit jucundissimum odorem.

Decimo. Pedes ejus in camino, ardenti. Primus: Sicut de fornace ignea satis videbatur dicere, pedes ejus ardentes, sicut in igne, sed apparent ut in camino, ac fornace ignea, in camino ardenti: Pro quo nota; quod fornax ignea intensiorem, & majorem ardorem habet, quam solus ignis, ex aliquot lignis accensus; quod discrimen inter caminum & ignem obtervavit D. Gregor. homi. 2. in Ezechiel. ex. pendens illud Isai. 31. Viri Dominus, cujus ignis est in Sion, & caminus ejus in Jerusalem. Sic ait Sanctus Pater: Plus est caminum esse, quam ignem, quia esse ignis, & parvus esse potest: in camino autem vastior flamma succenditur. Hinc in Sion ignis, in Jerusalem est caminus; quia Sion id est, speculatio in via: Jerusalem, id est, visio pacis in patria; & multo major est flamma claritatis in patria, quam in via.

Magno ergo mysterio; nunc pedes Christi non apparent tantum in igne, sed in camino, seu fornace ardenti: nam et si Christus D. per totum vitae cursum, a primo instanti suae Incarnationis, extiterit in igne charitatis erga nos, sic & ab Ezechiele 1. n. 4. in suo mirabili curru videtur: In medio ejus quasi species electri, id est, de medio ignis. In quod representabatur Christus, qui in mirabili curru suae sanctissimae humanitatis degebat per totum mundum docens, & illuminans: ad quod alludit Isai. 62. n. 1. Et salvatur ejus, ut lampas accendatur: tamen modo pedes ejus, hoc est ultima vitae periodus,

Mors Christi ei valde per jucunda, ac suavis. Itai. 6. D Hieron. Glossa.

483. Pannaon.

Christus in fine vitae amplissimum odorem dedit aeterno Patri.

484. Primus.

Greg. Isai. 31.

485.

Exod. 3.

D. Cyrill. Ezech. 1.

Isai 62.

Christus in fine vitae ardentissimus nos dilexit.

Guatric.

486.

Num. 21. Loriaus.

Joan. 3.

Christus in cruce ebrietatem suam amoris declaravit.

per pedes denotata, ut saepe dixi, non dicuntur esse in igne, sed in camino, seu fornace ardenti: quia quamvis Christus D. in toto vitae cursu magno affectu nos diligeret, tamen in fine vitae maximo, & intensissimo amore se rebari erga homines; & maxima ac summa suae dilectionis signa dedit. Guatricus Abbas serm. de Ascensio. Magnus, ait, Pater, & Magister parvulos suos magna dilectione diligebat; & quando cum eis corporaliter conversari veluit, non faciebat, ac multum hunc suum eis affectum prodibat, maturiorem se illis, quam tenero: em exhibens sicut Magistru decebat; cum autem tempus, quo ab eis recessurus erat, instaret, tunc veluti vincit tenero eorum affectu, visus est, & magnam multitudinem dulcedinis suae, quam ab eis absconderat, dissimulare non potuit. Hinc est illud: Cum dilexisset suos, qui erant in mundo, in finem dilexit eos; tunc enim propinquam omnem vitam amoris effudit amicus; tunc eis Sacramentum corporis, & sanguinis tradidit, & celebrandum instituit: nec cito virtute, ac charitate mirabilior.

Cum ab diras plagas, ac ulcera, multi e populo e vita decederent; ex dei mandato fuit Moyses se penam arum, & postquam pro signo quem cum percussi aspicerent, sanabatur. Numer. 21. n. 9. Alii legunt apud Loriaum ibi serpencem ignitum, seu inflammatum. Qui serpens typum gessit Christi Dom. crucifixi, ut implemet dominus dixit: Sicut Moyses exivit in serpenem in deserto, ita exaltavit oportet filium hominis. Joan. 3. n. 14. ad intuitum enim Christi omnes nos salvati, & liberati sumus: sed quomodo Christus in cruce dicitur serpens ignitus: nam Christus in cruce elevatus erat in aera; serpens aeneus, tunc est ignitus, quamdiu est in fornace: si ab illa extrahitur, jam non est ignitus. Merito Christus in cruce serpens ignitus dicitur, quia sic in cruce inflammatus erat amore hominum, ut non solum videretur esse in igne, sed in camino, ac fornace ardenti suae vehementissimae dilectionis, ac charitatis erga nos quam maxime in cruce declaravit ac aperuit; & sic erat in aere sublevarus, tanquam si esset in ardentissimas fornace succensa suae eximiae dilectionis erga nos.

QUESTIO LIX.

Variae expositiones circa pedes similes aurichalco in camino ardente proferantur, ac expendantur?

487. Sardus. Ribcir.

Psal. 109.

Isai. 63. Inimici Christi: conculcandi ab eo.

PRIMO, Antiquus Sardus, quem secutus est Ribcir, per pedes similes aurichalco, ardentes in fornace ignea, interpretatur inimicos, ac persecutores Christi, juxta illud Psal. 109. num. 2. Donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum: quae ita ponendi sunt, ut ab eo conculecentur ut videtur a victoribus solent conculcati, ac pefundari, ut est illud Isai. 63. num. 3. Calcavi eos in furore meo, & conculcavi in ira mea. Tamen merito dubitabitur si calcandi sunt a Christo, quomodo d eum ut sim les aurichalco, sicut in camino ardenti: cur non potius sim les ferro, vel plumbo? Respondebis juxta Al-

cazar hic ac Lorinum ad citatum locum Psal. mi, quod ita subjugandi sunt a Christo, ut convertantur, ac charitatis aurum recipiant, ut dicitur Josue. 1. num. 3. Omnem locum quem calcaverit vestigium pedis vestri, vobis tradam & Isai. 59. num. 10. In laumeam extendam Psal. 59. calcemini unum meum. Tamen communis sententia, per hos pedes, simpliciter intelligit inimicos Christi amicos; ac charitissimos ejus famulares.

Secundo de affectibus B. Virginis interpretatur R. Chardus de S. Laurentio lib. 2. de laudibus Mariae, 3. Partic. 2. Commendatur, a t, affectus Virginis auribus; Sapientia, qua, in auro, eius Virginis a perseverantia, qua, in aere, a vehementi fervore erga suos dilectissimae humanitatis Christi, ut dixi superiori quae ita etiam denotari possunt affectus sanctissimae Virginis Mariae, quibus suis devotos visus sunt, modo & quibus tendebat in dilectissimum filium Jesum, praecipue tempore Passionis: Sed quomodo hujusmodi affectus dicuntur similes aurichalco, quod cum sit as, speciem auriferi auri denotat illius eximiam sapientiam, qua omnes illius affectus dirigebantur; as cum sit fortissimum, illius perseverantiam ac constantiam; caminus vero ardens, illius vehementissimam charitatem denotat; vel per respectum ad filium: sicut superiori quae diximus, quod filius ejus Jesus, in fine vitae, tempore Passiois, erat in fornace ardenti tormentorum, ac penarum: sic sanctissima eius Mater erat in camino ardenti dolorum, ac angustiarum.

Tertio Per hujusmodi pedes interpretantur novissimos Christi fideles, tempore Antichristi, D. Ambrosio, Augustino, Haymo Beda, D. Ansel. & alij; nam sicut pes novissima pars est corporis, sic hujusmodi electi, novissimi sunt corporis mystici. Ecclesiae nempe, qui multis pressuris, ac tribulationibus erunt probandi: ac cur hujusmodi pedes solum similes aurichalco, & non potius auro dicuntur: nam primi electi, tanquam aurum probati in fornace scribuntur Sap. 3. n. 6. & ultimis temporibus multo fuerunt sancti ejusdem meriti, ac primi: cur ergo hujusmodi pedes non similes auro perhibentur? quia miraculorum splendore non fulgebunt. Ita D. Bernartus, veniens Pedes Domini, sumi electi plurimi, qui erunt tempore Antichristi: nam sicut aurichalco multis concussionibus, & cremationibus depuratur, & meliorem colorem accipit: ita illi multis tribulationibus depurantur, & puriores efficiuntur; & ideo comparantur aurichalco, & non auro, quia quamvis sint ejusdem meriti, & virtutum, ac primi fuerunt, non tamen lucebunt miraculis, sicut illi.

Sed cur hujusmodi electi novissimi, seu pedes, dicuntur in camino ardenti: cur non potius in igne, ut alij electi sunt probati ut ait Regius Vates Psal. 65. n. 10. Ignis nos examinasti: si ut examinatur argenti iterum n. 12. Transivimus per aurum & ignem, ut ergo hujusmodi ultimi electi non dicuntur examinati & probati in igne, sed in camino ardenti? Jam dixi superiori quaestione fornace accensam materem vinum, ardorem, ac incendium super gremio

Josue. 1.

Psal. 59.

488.

Eximii affectus Virginis auribus; Sapientia, qua, in auro, eius Virginis a perseverantia, qua, in aere, a vehementi fervore erga suos dilectissimae humanitatis Christi, ut dixi superiori quae ita etiam denotari possunt affectus sanctissimae Virginis Mariae, quibus suis devotos visus sunt, modo & quibus tendebat in dilectissimum filium Jesum, praecipue tempore Passionis: Sed quomodo hujusmodi affectus dicuntur similes aurichalco, quod cum sit as, speciem auriferi auri denotat illius eximiam sapientiam, qua omnes illius affectus dirigebantur; as cum sit fortissimum, illius perseverantiam ac constantiam; caminus vero ardens, illius vehementissimam charitatem denotat; vel per respectum ad filium: sicut superiori quae diximus, quod filius ejus Jesus, in fine vitae, tempore Passiois, erat in fornace ardenti tormentorum, ac penarum: sic sanctissima eius Mater erat in camino ardenti dolorum, ac angustiarum.

489.

D. Ambr. D. August. Haymo. Beda D. Anselm.

Sap. 3.

D. Bern. Novissimi iusti licet magni viri, miraculis non fulgebunt.

490. Novissimii iusti fortissime tribulatione probabuntur.

